



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Oratio ante Confeßionem Sacramentalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

45

tuæ, quibus respexisti Mariam Magdalenam in conuiuio, Petrum in atrio, & Latronem in crucis patibulo, da mihi veram recognitionem & dolorem pro peccatis meis, recipe me in Paradisum gratiæ tuæ, & lauame in tuo sanguine, ut tecum vivere possim in sæcula sæculorum,
Amen.

Oratio ante Confessionem Sacramentalem.

Suscipe confessionem meam p[ro]f-
fime ac clementissime Domine
Iesu Christe v[er]nica spes salutis ani-
mæ meæ, & da mihi obsecro contri-
tionem cordis, & lacrymas oculis
meis, ut defleam diebus ac noctibus
omnes negligentias meas, cum hu-
militate & puritate cordis. Appro-
pinquet oratio mea in conspectu
tuo Domine. Si iratus fueris contra
me quem adiutorem quæram? quis
miserebitur iniquitatibus meis? Me-

F 3 mento

mento mei Domine , qu i Chana-
næam & Publicanum vocasti ad pœ-
nitentiam & Petrum lacrymantem
suscepisti , Domine Deus , fuscipe
preces meas. Saluator mundi , Iesu
bone: qui te crucis morti dedisti , vt
peccatores saluos faceres, respice me
miserum peccatorem , inuocantem
nomen tuum ; & noli sic attendere
malum meum , vt obliuiscaris bo-
num tuum , & si commisi vnde me
damnare potes : tu non amisisti , vn-
de saluare soles. Parce ergo mihi , qui
es Saluator meus , & miserere pecca-
trici animæ meæ. Solue vincula eius ,
sana vulnera. Domine Iesu , te desi-
dero , te quæro , te volo: ostende mi-
hi faciem tuam , & salaus ero. Emit-
te igitur pijssime Domine , meritissi-
mæ & immaculatae semper
Virginis Mariæ , & sanctorum tuo-
rum , luçem tuam , & veritatem tuam
in animam meam quæ omnes de-
fectus meos in veritate mihi osten-
dat,

dat, quos confiteri me oportet, atq;
iuuet, & doceat ipsos plenè, & con-
trito corde explicare. Qui viuis &
regnas &c.

Oratio post Confessionem.

Sit tibi Domine obsecro meritis
B. Mariæ semper Virginis gene-
tricis tuæ Mariæ & omnium San-
ctorum grata & accepta ista confes-
sio mea : Et quicquid mihi defecit
nunc, & alias de sufficientia Contri-
tionis , de puritate & integritate
confessionis, suppleat pietas, & mi-
sericordia tua , & secundum illam
digneris me habere plenius & per-
fectius absolutum in cœlo. Qui vi-
uis & regnas &c.

Oratio de nomine Iesu.

O Bone Iesu , O piissimè Iesu,
O dulcissime Iesu, O Iesu fili
Mariæ Virginis plene misericordia
& pietate. O dulcis Iesu , secundum

F 4 magna m